

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Scriptura sacra bc
cum fonte primo

Quid prodest in
mundanis proficere doctrinis et
inanescere in diuinis, caduca sequi
figmenta et caelestia fastidire misteria?
Cauendi igitur sunt tales libri et propter
amorem sanctarum scripturarum uitandi.
Qui
exterius eloquencia uerborum
nitent et interius uacui uirtutis sapientia
manent. Eloquia autem sacra exterius
incompta uerbis apparent, intrinsecus
autem misteriorum sapientia fulgent.

Ysidorus ibidem (de summo bono libro
III.).

Sed
quid prodest in
mundanis doctrinis proficere, et
inanescere in diuinis; caduca sequi
figmenta et caelestia fastidire misteria?
Cauendi sunt igitur tales libri, et propter
amorem sanctarum scripturarum uitandi.
Gentilium dicta
exterius uerborum eloquentia
nitent, interius uacua uirtutis sapientia
manent; eloquia autem sacra exterius
incompta uerbis apparent, intrinsecus
autem misteriorum sapientia fulgent.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 3, 13,
2-4 (CCSL 111, P. Cazier ed., p.236,
ll.9-17).